

ing. 56. Sed contrarium tenent Barbol. num. 11. Bald. in cap. inter ceteras, col. fin. de rescript. ubi Marian. Socin. Everard. supra, loc. à vi numeri, & princip. stracha d. q. 1. n. 8.

Ibi: Sed in contrariam sententiam quod dicitur.

60 Quid dicitio, seu, in legatis non sit regulariter amplexiva, sed disjunctiva, nisi aliud de mente testatoris appareat, sentiunt Franchin. controversiar. jur. lib. 5. cap. 68. vers. S. d. contrarium, Cavaican. de usufruct. mulier. reucl. cap. 9. n. 98. Pro quibus facti, quod particula hæc ex vi propria significationis, est disjunctiva, sive alternativa, l. 1. §. Sublata ff. ad Tr. bellian. l. generali 13. in prin. cip. C. de Sacrosanct. Eccles. Tusch. d. conclus. 372. n. 29. Calepin. in suo d. Honorario, Barbol. supra, n. 1. cum multis, Strach d. et. quest. 1. à nu. 4. Cyriac. tom. 1. controvers. 174. n. 3. Octav. Vulpei. d. preposit. & adverbior. significat. Calvinus supra, Sed à proprietate verborum in ultimis dispositionibus recedere non licet, nisi manifestè apparuerit, aliud sensisse testatorem, l. non aliter 67. ff. de legat. 3. l. Labeo 7. ult. ff. de sup. l. l. legat. Ig tur dicitio, seu, in sua propria significatione erit in legatis accipienda; disjunctive scilicet, quando contrarium ex voluntate testatoris non constat.

Vers. Non obstat textus.

61 Quoties particula, seu, inter duo collocatur, quorum unum alterum sub se comprehendit, est ampliative accipienda, Barbol. n. 12. Ripa in d. d. cap. inter ceteras, nu. 44 d. rescript. ubi Stracha supra, n. 9. Cened. d. sig. 15. n. 8.

62 Idem est, cum inter genus, & speciem adjicitur, Barbol. n. 13. Cened. n. 8. Strach n. 8. vers. Sed addes, Ripa & Dec. ubi oximè.

Ibi: Et quamvis ita esset, quod mundum & ornamenta.

63 In l. si quis ita, ff. de aur. & argent. legat. legatum non comprehendere ornamentum, nec mundum quæ uxoris causa parata non sunt, palam ostendunt verba illa: Seu quæ ejus causa paravi. Quæ præcedentia restringunt: argumento, l. fin. §. ut. ff. de rit. vin. & ol. legato.

Ibi: Hic idem intellectus.

64 Hoc casu dicitio, seu, ponitur expositivè, sive declarativè, ut sæpè solet, cap. unic. de excessib. Prælator. in 6. cap. Romana 3. §. Cum autem in sine, de appellat. eod. lib. Menoch. conf. 755. n. 5.

Ibi: Sed pro communi sententia urget ea ratio.

65 Licet communis sententia sit vera, ratio hæc ipsi non suffragatur; nam si alternativa posita inter genus, & speciem, aliquo casu propriam naturam servaret, species expressa sub genere non contineretur, cum quoad illam generi conferretur derogatum: quod aperte colligitur ex l. hæres meus 98. §. 1. ff. de legat. 3. & lib. 1. ff. de aur. & argent. legat.

AD CAPUT VI.

De divitiarum & paupertatis qualitate: & cuinam ejus probatio in judiciis incumbat.

SUMMARIUM.

- 1 Authores videndi laudantur in hac materia.
- 2 Præsumptio quotuplex.
- 3 De effectu præsumptionis juris.
- 4 Præsumptio juris non semper onus probationis in adversarium transfert.
- 5 Cui juris præsumptio favet, liquidam probationem censetur habere.
- 6 Præsumptio juris probat, etsi instrumentum ad probandum opus sit.
- 7 Præsumptio juris an probet, ubi probatio, aut conditio requiritur?
- 8 Fictio juris probationem in contrarium respicit, secus præsumptio.
- 9 Alleganti divitias, vel paupertatem, onus probationis incumbit.
- 10 Traditur ratio, & num. 11.
- 12 Qui nunc dives, vel pauper est, an talis antea fuisse præsumatur, & è contra? remissivè.
- 13 Paupertatem probare debet, qui eam ad excusationem allegat.
- 14 Patronus, ut à liberti alimenta obtinèat, insipiam probare tenetur.
- 15 Omnes nudi nascimur.
- 16 Qui alium divitem asserit, id probare debet.
- 17 Ubi dotorie constat de divitiis, vel paupertate probatio opus non est.
- 18 Asserenti tot bona esse in suo patrimonio, vel hereditate, in quam successit, an credatur? & n. 23, 24, 25.
- 19 Præsumptio generalis paupertatis levissima est.
- 20 Negativa etiam simplex probari debet ab eo, qui eam pro fundamento sue intentionis ablegat.
- 21 Ampliatur, etsi impossibilis sit probationis.
- 22 Quod de Negativa probanda dictum est, declaratur.
- 26 Intestatus decessisse quilibet præsumitur.
- 27 Agens ad successionem ab intestato, non tenetur probare, quod defunctus decessit intestatus, & n. 31, 32.
- 28 L. si emancipati 9. C. de collationib. declaratur, num. 29.
- 30 Conjuncti ad successionem tacitè vocati præsumuntur.
- 33 Qui ab intestato succedere intendit, quomodo cognitionem est probaturus, n. 34.
- 35 Substitutus, si absque liberis quis decesserit, non tenetur probare, liberos non existisse mortis tempore; & num. 36. & 37.
- 38 Arrha usque ad quam quantitatem promitti de jure Regio possunt, & cui incumbat probare bona intere ad summe promissæ validitatem; usque ad n. 41.
- 42 Pauper quis sit? Judiciis arbitrio decernitur: & quæ considerare debeat, num. 43. Limitant, n. 45.
- 44 Qui tantum in bonis non habet, quantum litigantium interest, in causa pecuniaria, minis idoneus testis existimatur.
- 46 Pauperibus quanta fides in judicio adhibenda, & numer. 47.

48 Paupertas

- 48 Paupertas quomodo probanda, remissivè, & num. 49. cum sequenti.
- 55 De intellectu l. si constante, ff. solut. matrim.
- 56 Negativa simplex nullo loco, vel tempore coarctata, est impossibilis probationis Limitatur, n. 97. & 62. ubi quomodo probari queat.
- 58 Quid notorium censetur.
- 59 Notorium triplex.
- 60 Ripa assertio defenditur.
- 61 Inter notorium transiens, & permanens, differentiæ.
- 63 Notorium dicitur, quod ex actis per legitimas probationes apparet.
- 64 Negativa coarctata, quæ sit, & de ejus probatione remissivè.
- 65 Probata paupertate mariti, evidenter apparet, ejus bona ad dotis exactionem non sufficere.

Pro pleniori cognitione eorum, de quibus in præfatis dicitur, videre oportet Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. 25. & 26. Pacian. de probat. lib. 1. c. 36. & 54. cum aliis, Mascard. eod. tract. concl. 526. 1159. Valasc. de privileg. paupere part. 1. q. 5. Afflic. decif. 377. Cardinal. Tusch. practicar. concl. lit. P. concl. 160. cum duabus sequentibus. Benincas. de paupert. q. 6. Festas eod. tract. cap. 2.

Ad Num. 1.

- 2 Præsumptio quamvis diversimodè dividi solet, ut videre est apud Menoch. supra. lib. 1. quæst. 2 per tot. & Glossam verbo præsumptioni, in ult. ff. quod met. caus. Mascard. concl. 10. à n. 17. Petr. Greg. syntagmat. jur. lib. 48. c. 11. n. 9. 10. Sanch. de matrim. lib. 7. dis. 37. n. 7. q. 33. Verius est, quod alia dicitur præsumptio juris & de jure; alia, juris, & tertia hominis; Menoch. qui magis communem testatur, d. quæst. 2. n. 11. Pacian. supra cap. 4. n. 28. de quarum natura, & effectibus, Menoch. quæst. 3. cum duab. seqq. & Mascard. d. concl. 10. Trentacinq. variar. lib. 2. titul. de præsumpt. resolut. 2. Petr. Greg. & Sanchez supra. Illud autem compertum est, juris præsumptionem nuncupari, cum n. lex præsumit aliquid verum, non tamen firmat pedes ex ea præsumptione quicquam statuens; nam ubi hoc facit, oritur juris, & de jure præsumptio, Trentacinq. n. 13. vers. Hæc juris præsumptio, Menoch. Petr. Greg. n. 9.
- 3 Præsumptionis juris præcipuus effectus is est, ut eum, quem ipsa fovet, relevet ab onere probationis, quod in adversarium transit: c. unic. §. Porro, ut Ecclesiast. benefic. cap. ult. §. Sanè de jurejur. l. si ve possidetis 16. Codic. de probat. l. Quintus cap. 2. ff. de donat. inter: l. si pactum 9. ff. de probat. l. generaliter 24. §. Si petitum, in fin. ff. de fideicom. lib. l. Glof. in l. 2. ff. de probat. Glof. fin. in l. ne codicillos 5. C. de codicill. Glof. ult. in cap. 3. de procur. Menoch. d. q. 33. nu. 2. Cyriac. controvers. forens. tom. 3. controvers. 523. n. 39. Trentacinq. d. resolut. 2. n. 12. Mascard. concl. 340. nu. 7. Castald. in tract. de Imperat. q. 51. n. 22. Argel. de legitim. contradic. q. 19. art. 1. n. 20. Rosental. de feud. c. 2. n. 18. Alciat. de præf. reg. 3. præsumpt. 26. n. 3. Surd. de aim. tit. 4. q. 15. n. 27. Valenz. conf. 178. n. 8. Hippolyt. n. l. 1. §. Si quis dicitur, n. 10. ff. de quæst. Pacian. innumeros referens, cap. 8. n. 1. qui cap. 12. n. 13. cum seqq. ex aliis notat, hanc præsumptionem, ut profit, allegandam esse. Quod multipliciter limitat à n. 21. Sanch. supra.
- 4 Quod est limitandum, quando lex non omnino pro veritate habet, quod præsumit, sed levem conjecturam inducit; quo casu onus probationis in adversarium non transfertur; sed duntaxat deservit in adminiculum pro probatione ejus, qui conjectura Faria addit. ad Covar. Tom. 4.

suffragatur, Menoch. quæst. 33. nu. 6. ubi exemplificat, Bald. in d. l. si ve possidetis n. 6. C. de prob. Argel. in l. sciendum, col. penult. vers. Descendo ad præsumpt. juris, ff. de verb oblig. Jas. in si dno patroni, n. 3. ff. de jurejurand. ubi bonus textus juncta Giof. fin. in fin. Pacian. d. c. 12. nu. 1. cum seqq.

Is, cui juris præsumptio afflitt, liquidissimam probationem censetur habere, Ceval. commun. contr. commun. tom. 2. q. 757. n. 117. Petr. Barbol. in prælud. l. si mora, n. 33. in fin. ff. solut. matrim. Menoch. d. l. 1. q. 36. n. 8. & quæst. 81. nu. 4. Argel. de acquir. possess. q. 8. art. 35. n. 3. Mascard. concl. 10. & 21. n. 11. Pacian. d. cap. 8. num. 7. Gonzalez. ad reg. 8. Cancellar. §. 7. procmii, n. 141. Cyriac. tom. 2. controvers. 318. n. 5. Afflic. d. c. 13. n. 24. Tiraquell. in l. si unquam verbo, donat. largitus num. 158. C. de revocat. d. mat. Alciat. sup. part. 3. in princip. nu. 4. Cravet. conf. 156. n. 15. Maximè, si aliæ probationes haberi nequeant. Mascard. d. concl. 10. n. 46. Jacob. Novel. ad Reg. Duennas, reg. 160. Undè est, ut is, cui talis præsumptio ad stipulatur, sic suam intentionem fundatam habeat, ut pro eodem, nisi contrarium apertissimis probationibus doceatur, sit pronuntiandum: Mascard. conclus. 214. n. 3. Argel. ubi proximè, d. q. 8. art. 35. n. 5. Alciat. supra, d. reg. 3. præsumpt. 3. n. 3. Menoch. q. 32. n. 5. Pacian. cap. 51. à n. 16. quia pro veritate habetur Sanch. d. n. 7.

Imò etiam si lege, vel alia dispositione requiratur probatio per instrumentum, præsumptio juris sufficit ut paritum voluntati Legislatoris, vel disponentis censetur; l. quicunque 3. junct. l. 1. C. de apochis publicis fideic. Alex. conf. 126. n. 6. Moder. n. pactum, quod locali C. de l. 10. Bald. in l. 1. C. de fideic. Alexand. conf. 126. n. 6. Moder. in l. pactum quod dotali, C. de pact. Mascard. ubi proximè, n. 42. Nam eam instrumento æquiparati; scripsit Merlin. de pignorib. lib. 3. quæst. 45. n. 15. Mantica. de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 19. nu. 1. Pacian. cap. 26. numero 68. Sed illud verum existimo, quando non apparet instrumentum non fuisse confectum; nam si de hoc constaret, juris præsumptio, quod actus fuerit gestus, non proderit, siquidem cum aliæ probationes sint exclusæ, non est ratio, ob quam præsumptionem juris admittamus. At si in dubio sit, actus præsumitur legitime factus, ac per consequens instrumentum, quod lege desideratur, intervenisse. Ac ita intelligendus est textus in d. l. 3. ubi non solum præsumitur solutio post triennium, sed & æpocha, sive instrumentum solutionis confectum.

Aliquando tamen Juris præsumptio non est sufficiens, ut onus probationis in adversarium transferatur, veluti in causis, quæ præsumptivam probationem non admittunt Mascard. d. concl. 10. n. 16. Dec. in rubric. de probat. n. 17. 166. Menoch. d. lib. 1. q. 45. à n. 15. ubi plures refert casus in quibus non est locus præsumptioni. Utrum autem conditio probandi possit impleri per solâ juris præsumptionem, sive in testamento, sive in statuto adiciatur, egregiè disputat idè Menoch. q. 37. qui distinguit inter dispositionem hominis, & legis sive statuti, ut scilicet in hæc, præsumptio juris probet indistinctè; secus in illa, nisi aliæ probationes fieri propter rei naturam non possint; at communis sententia, ut ipse fatetur, sine distinctione docet, quod, quoties probatio in vim conditionis desideratur à lege, vel ab homine, præsumptio juris, nisi aliter probari non possit, non sufficit. Ita Pacian. d. c. 12. à nu. 9.

Est notanda differentia inter præsumptionem, & fictionem juris; nam adversus illam admittitur probatio in contrarium, Menoch. quæst. 31. à nu. 2. & omnes communiter, sed non adversus istam; T 2 de



de qua loquitur l. 1. §. 1. C. de rei uxor. act. Ita Tientacinq. d. resol. 2. in fine, Bald. in Au b. Sed iam necesse, C. de donat. propt. nupt. Felin. in cap. quanto, nu. 10. de praesumpt. Alciat. supra, in praesud. art. 1. nu. 4. Everard. in loc. legulib. loc. a fictione, nu. 5. in fine. Menoch. quest. 8. n. 1. 15.

Ad Num. 2.

9 Quoties aliquis divitias, vel paupertatem allegat, astringitur ad onus probationis, Argel. ubi proximè, nu. 10. Pacian. cum plurimis, cap. 54. num. 10. Menoch. lib. 6. praef. 125. n. 14. Affl. d. decis. 377. n. 4. 5. Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. glof. 1. n. 94. Mascard. §. 26. n. 1. conclus. 1159. n. 5. Valasc. supra. d. q. 5. n. 11. Villalob. commun. opinion. lit. D. nu. 309. Herculan. de N. gar. v. proband. n. 12. 13. Guttier. de jurament. confirmat. part. 1. cap. 1. n. 22. Plac. in epitom. delictor. c. 31. 22. Baëza de non meior. rat. dot. filiab. c. 36. n. 13. & 16. Tufch. lit. P. de conclus. 162. n. 8. Gail. pract. observ. l. observ. 1142. n. 2. Farin. in prax. crim. tit. 6. quest. 57. a. n. 86. Cyriac. tom. 1. controvers. 5. nu. 39. Ceval. tom. 2. quest. 849. in fine, Ant. Gab. commun. lib. 1. tit. de probat. conclus. 7. Amat. variar. lib. 1. resol. 49. n. 61. & 62.

10 Ratio est quia unusquisque sive Actor, sive reus, ad suæ intentionis fundamentum probandum tenetur, etiamsi illud in Negativa consistat, l. penult. §. Docere, ff. Ne quis eum qui, Menoch. lib. 2. praef. 48. nu. 2. Affl. ubi proximè, n. 5. Pacian. c. 51. n. 29. Argel. de acquir. poss. §. q. 18. art. 2. n. 17. Cyriac. tom. 1. contr. vers. 180. nu. 13. & 14. Cacheran. decis. 169. alias decis. 171. n. 8. Mascard. d. conclus. 1159. n. 6. Noguerol. allegat. 7. n. 18. Barr. in l. 1. §. 1. C. si advers. creditor. Anton. Gom. variar. lib. 3. c. 9. nu. 1. Guttier. conf. 28. n. 34. Ioan. Oros. in d. §. Docere, n. 2. Mantia. de conjectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 1. nu. 3. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quest. 40. nu. 78.

11 Hoc licet fallat, quando alleganti juris praesumptio assistit, quæ ut proximè dicebamus, probationis necessitatem in adversarium transfert, locum habet in eo qui divitias, vel paupertatem ad suam intentionem fundandam allegat, quoniam jus neminem regulariter divitem, aut pauperem praesumit; Jacob. de Arena, in l. actor, in fine, C. de probat. Pacian. cap. 36. n. 33. Argel. d. quest. 8. art. 39. n. 2. Menoch. conf. 649. n. 10. Mascard. conclus. 1154. n. 10. Alciat. d. reg. 3. praef. 27. n. 4. cum divitiæ fortunæ impetu comparentur & amittantur, quare nulla hac in re certa praesumptio dari potest, Menoch. lib. 6. praef. 28. n. 8. Guttier. de tutel. part. 3. c. ult. n. 9 faciunt l. si is qui 63. §. 1. ff. de acq. rer. dom. l. planè 4. ff. de in posses. legat.

12 An qui fuit dives, nunc talis quoque praesumatur, aut qui hodie divitiis abundat, olim eas habuisse praesumatur, & quid de paupertate tractant latè Menoch. d. lib. 6. praef. 25 per totam Pacian. d. cap. 54. à n. 20. Guttier. ubi proximè, per totum caput.

Ibi: Nam qui se ipsum ut pauperem à muneribus excusat.

13 Qui intuitu paupertatis se ab onere aliquo eximere intendit, eam probare debet, Menoch. de praef. 25. n. 15. Pacian. c. 54. n. 10. Alciat. ubi proximè, Argel. supra. n. 3.

Ibi: Patronus petens ut pauper.

14 Patronus ut alimenta à liberto, ut pauper consequatur, de paupertate docere compellitur, Menoch. n. 17. Argel. nu. 4. Pacian. n. 11.

Ibi: Quia nemo nascitur dives.

Imò omnes nudi prodimus in lucem, cap. sicut ij. 15 47. distinct. Iob. cap. 1. vers. 21. Nudus egressus sum de utero matris mee nudus illuc revertar. Plin. lib. 9. cap. 35. Nos rerum natura nudos excepit. Argel. d. q. 8. art. 34. n. 9. Menoch. d. lib. 6. praef. Luc. de Penna in l. 2. C. quand. & quib. quart. part. debeat. lib. 10. Guttier. supra, num. 8. Affl. d. decis. 377. nu. 5. Mascard. conclus. 525. n. 2. Pacian. c. 36. n. 33. Cavalcan. decis. 223. nu. 1. Ex quo divitiæ naturæ contrariæ dicuntur, Mascard. conclus. 1159. nu. 2. Guttier. supra n. 8.

Ibi: Unde qui divitias ad aliquid obtinendum.

Similiter qui divitem eligere tenetur, eum talem esse probare cogitur, lib. 1. §. Si magistratus ff. de magistratib. conveniend. l. non est necesse, ubi Fulgof. eod. tit. & qui asserit collegam suum fuisse divitem tempore administrationis officii, ad id probandum tenetur, l. ex persona 3. C. de probat. Menoch. d. decis. 25. n. 18. & 19. Argel. d. art. 39. n. 4. Sed praemia omnia sunt lim tanda cum ita notorium est, quemquam divitem esse, vel pauperem, ut nulla tergiversatione celari queat: nam probatio opus non erit, Pacian. c. 54. nu. 18. Alberic. in l. si verò §. Qui pro rei: vers. Quid dicemus. col. 2. ff. qui satisf. cogant.

Ad Num. 3.

De hac quaestione agunt latè Pacian. d. lib. 1. cap. 46. Menoch. d. lib. 6. praef. 26. Argel. d. q. 8. art. 40. n. 17. 18. 52. cum seqq.

Afferens tot bona esse sibi, vel in hæreditate, & non plura, hoc probare necesse non habet: nam propiram intentionem fundatam tenet, nisi contrarium ostendatur, Valasc. d. quest. 5. n. 22 cum aliis Rebuff. de Nominat. quest. 9. n. 47. vers. dixi quæro. Phaur. de iurejurand. in litem. part. 2. memb. 2. n. 24. in fine. Herculan. supra. n. 25. vers. Quarto advertendum est, Ant. Gab. lib. 1. tit. de probat. conclus. 1. qui magis communem dicit, Hermos. in l. 4. glof. 2. n. 35. tit. 4. part. 5. Craver. de antiquitat. tempor. part. 2. p. incip. n. 55. Affl. d. decis. 370. n. 2. Caroc. de remed. ad ver. sentent. except. 25. Butr. in c. 1. in fine, de probat. Peregrin. de fiducio commiss. art. 39. n. 14. Cagnol. in l. fin. n. 273. vers. Et nu. ier dicens, C. de pact. Olafsch. decis. 174. n. 5. Menoch. d. praef. 26. n. 5. Pet. Barbo. in l. maritum, n. 24. vers. Sed nihilominus, n. 35. vers. Ego autem, ff. solut. matrimon. Quæ sententia prout jacet, non est vera, ut dicam infra n. 23. cum seqq.

Ibi: Ex eo quod quilibet praesumitur pauper.

Videas supra à nu. 15. Hæc praesumptio perlevis est, tum quia homo propria industria in dies ditescere creditur, l. si defunctus 10. C. arbit. tutel. Guttier. d. sup. ult. num. 13. Menoch. d. praef. 25. nu. 33. Tulv. Pacian. supra, cap. 36. n. 33. Cyriac. tom. 1. controvers. 91. n. 2. Galler. in prax. tutelar. part. 3. rubric. fin. n. 122. Petra in addit. Grammatic. decis. 103. nu. 109. Escobar de ratiocin. comput. 22. n. 16. Tum etiam quoniam licet paupertatis qualitas sit naturalis, quia nudi nascimur, ut nuper diximus, divitiarum verò, accidentalis; tamen nascendo multi divites inveniuntur, cum jus in parentum bonis statim acquirant, tam quoad alimenta, quam quoad successionem, l. 1. & per totum, ff. de liber. agnoscend. l. in suis 11. ff. de liber. & postum. Ex quo textu

tu plane colligitur, eum cujus pater divitiis abundat, divitem dici posse, Craver. conf. 164. nu. 2. Pacian. d. lib. 1. cap. 54. in addit. lit. F. sicut filius Ducis vel Comitibus, Dux vel Comes jure, adhuc vivis parentibus, nuncupatur, Glof. in c. ult. 24. quest. 1. Bald. in d. l. in suis col. 1. in fine, ubi Jaf. col. 3. n. 19. Didac. Perez. in l. 1. tit. 2. Ord. nament. Chailan. in catalog. glor. mund. p. 5. confid. 40. Anton. Gom. variar. lib. 1. c. 1. n. 5. Ex his apparet, praesumptionem paupertatis aliis elidi, ita ut quoad juris effectus nullius sit momenti: cum de probatione tractatur.

Ibi: Probatur etiam ex eo, quod Negative.

20 Verius est, Negativam etiam simplicem probari debere ab eo, qui ipsam pro fundamento propriae intentionis allegat, Argel. d. quest. 8. art. 40. nu. 35. Tiraquel. de retract. lignag. §. 23. glof. unic. nu. 95. Olafsch. d. decis. 172. nu. 5. Herculan. d. tract. de N. gar. proband. in princip. numero 2. Barz. decis. 105. n. 19. Menoch. lib. 4. praef. 1. n. 5. Pacian. cap. 46. n. 29. & cap. 51. n. 28. ubi plurimi, Cyriac. tom. 3. contr. 486. n. 41. Mascard. conclus. 341. n. 16. & conclus. 1092. n. 1. Bernard. Diaz. reg. 488. Ancharr. in suis familiar. question. quest. 14. n. 2. part. 1. Tufsch. lit. N. concl. 30. nu. 14. Ceval. tom. 1. quest. 145. qui contrarium tenentes refert, Negativa assertio, quæ sit & latè explicat Pacian. cap. 15.

21 Hoc autem ita verum est, ut quamvis Negativa probari non possit, adhuc qui eam allegat, astringatur ad probationem, sibi que imputet, quòd ad impossibile se obligavit fundans se in Negativa, Cyriac. Tufsch. ubi proximè, Pacian. c. 51. n. 31. Mantica, d. tract. de conject. l. 2. tit. 1. n. 5. vers. Sed huic, Mascard. d. conclus. 1092. nu. 4. Tondur. q. benef. part. 2. c. 3. §. 1. n. 19. & 20.

22 Sed quod de Negativa probanda dictum est, cum distinctione debet intelligi: non enim omnis, qui negat, probationis oneri subjicitur, quandoquidem reus negans, quod actor affirmat, ut hujus intentionem elidat, probare non tenetur; imò probata Negativa censetur, nisi contrarium doceatur; ut si petenti centum ex donatione, respondeatur, donatum non fuisse, nam donatario incumbit probare; l. 2. ff. de probat. Quod si negativa ponatur in vim propriae exceptionis, non inficiando actoris fundamentum, sed actionem excludendo, tunc ab allegante erit Negativa probanda: velut si agenti ex donatione opponat donator, se conveniri non posse, quia sibi bona non sunt, suam egesta em probare compellitur, quia intentionem actoris, id est, donationem non inficiatur, sed actionem per Negativam excludere intendit, Argel. d. quest. 8. art. 34. nu. 58. Pacian. c. 51. n. 5. cum seqq.

Ibi: Primum locus est Iurisconsulti.

Adde Pacianum, cap. 46. ex nu. 27.

Ibi: Nec quidem desunt Authores.

23 Sunt enim multi, qui contra Bartolum tenent; non sufficere assertionem, quod tot sunt bona, & non plura, nisi probetur; Cyriac. d. contr. 5. nu. 37. vers. Propterea, Cuman. in l. decem, col. fin. ff. de verbor. obligat. Corn. in l. fin. §. Licentia, in princip. C. de jur. deliberand. Argel. d. art. 34. nu. 62. vers. Ad secundum, cum nu. seqq. Felin. in cap. fin. n. 3. vers. Et per hoc examinant, de praesumpt. Mascard. d. praef. 1159. nu. 42. Pacian. ubi proximè, ex nu. 26. Molin. d. primogeniis, lib. 4. c. 7. nu. 35. quæ sententia addit. ad Covar. Tom. 1.

rentia est tenenda, nisi aliqua juris praesumptio sit pro allegante alia bona non extare, ut statim de hærede dicendum est.

Ad Num. 4.

24 Quod hæres allegans, non sufficere bono hæreditaria ad solutionem legatorum, non teneatur id probare, modo inventarium legitime fecerit, docent cum D. Covar. Molin. ubi proximè, Bar. 2. decis. 705. n. 2. vers. Secundo, ubi plures laudat Argel. supra. art. 40. nu. 53. Peregrin. d. art. 39. nu. 14. Pacian. qui plures intellectus ad Glossam in l. cum de lege, ff. de probat. refert, ac refellit, d. cap. 46. à nu. 33. Roland. d. conf. & in v. ar. part. 4. vers. Hæres cum inventario allegans pura bona, num. 1. & 3. Ant. Gab. lib. 1. tit. de probat. con. l. 7. n. 17. Menoch. lib. 6. de praef. 26. n. 3. Olafsch. decis. 181. n. 2. Phanur. in tract. de Inventar. part. 3. n. 59. Matienç. in l. 9. glof. 3. nu. 9. tit. 8. lib. 5. Recopilar. Gratian. discept. c. 570. à nu. 19. Herculan. supra, nu. 256. Cyriac. d. contr. 5. nu. 36. qui magis communem testatur Craver. de antiq. temp. p. 2. in princ. Mascard. conclus. 205. n. 20.

Vers. Ex his poterit tractari.

25 Communiter approbatur praesens conclusio, videlicet licet requiri juris praesumptionem, ut hæredi affirmanti non esse plura bona in hæreditate, credatur absque probatione. Ita sentiunt Matienç. Gratian. Peregrin. Cyriac. ubi proximè, Mascard. conclus. 1159. n. 42. Pacian. nu. 47. Menoch. n. 5. Argel. n. 52. Herculan. nu. 255. Gab. conf. 138. n. 20. & 21. volum. 2. Cabal. conf. 11. n. 9. vol. 2. Costa de portion. rate. quest. 140. n. 8. Christofor. Torniol. conf. 107. n. 4. Jacobin. in d. l. cum de lege, n. 2. ex quibus, & aliis laudatis, n. praecedenti, colligitur, quod ubi deficit inventarium, vel alia juris praesumptio, heredi incumbit onus probandi bona non extare.

Ad Num. 5.

De hac quaestione consulendi sunt Menoch. l. 4. praef. 1. Mantia. supra, d. lib. 2. tit. 1. Mascard. conclus. 26938. Pacian. d. c. 46. à n. 3.

In dubio quilibet intestatus decedere creditur, quia cum testamentum quid facti sit, nisi probetur, non praesumitur jure; l. in bello 12. §. Facti, ff. de c. Ideoque agens ex causa intestati probare non debet, defunctum ultimum elogium non condidisse, Mantia. supra, n. 11. cum aliis, Cancr. variar. part. 1. c. 5. n. 63. Grat. conf. 146. n. 7. vers. Et si dicam, Natta conf. 166. n. 6. vers. Nam si pluralitas, vol. 1. Pacian. cap. 45. nu. 3. 4. Bolognet. in l. si emancipati, nu. 7. C. de collationib. Mascard. supra, num. 3. Guillem. Mayner. in l. quandiu, nu. 43. ff. de reg. jur. Boer. quest. 37. n. 9. Menoch. supra, n. 3. Cyriac. tom. 2. controvers. 236. nu. 29. Petr. Gregor. syntagn. lib. 45. c. 1. n. 3.

Ibi: Hæc verè ratio parum urget.

26 Hanc solutionem D. Covar. impugnat Menoch. nu. 2. 3. asserens, agentem ex causa intestati niti Negativa, quæ juncta cum naturali statu rei, onus probationis in adversarium transire facit; statum naturalem vocat, quem secluso hominis facto res habet, ut enim quis intestatus decedat, nullum factum intervenire necesse est, secus ut testatus moriatur.